Fragmentarium

rauit · ut hludouuicum ceteriſ extinctiſ comprehenderet ·
ac ſedeſ illiuſ luminum euacuaret · poſtea regnũ illiuſ
quaſi nullo reſiſtente poſſeſſuruſ · Vuillibertuſ coloniȩ
agrippinȩ ciuitatiſ epſ · karoli fraudulenta conſilia intellegenſ
ceteriſ trepidantib; cũ conſtanter adiit · obnixe poſtulanſ ne
ita ferociter ac barbare faceret erga nepotẽ ea quȩ pacíſ
ſunt ſectantẽ · Sed cum eũ a praua uoluntate reuocare non
potuiſſet · quendã prbrm ſuum nomine hartuuigum p cõpen
diorẽ uiam deſtinauit · & hludouuico preparataſ inſidiaſ & ipſiuſ
karoli inſinuauit aduentum · Qui ſtatim lorica indutuſ & totã
fiduciã ſuam in dño ponenſ · cum pauciſ qui ſecum erant · diſperſoſ
eorum congregare non poterat · karolo uiriliter occurrit · uiſ
ſitq; omſ ex ſua parte candidiſ uti ueſtib; p ſigno cognoſcen
dȩ ſocietatiſ · Saxoneſ autẽ qui in prima fronte contra hoſteſ
poſiti erant primum inire certamen · ſed multitudine ad
uerſariorum territi parumper terga uerterunt · franci
autem orientaleſ ex utraq; parte fortiter repugnanteſ
ac ſigniferiſ karoli occiſiſ ceteroſ fugere compulerunt ·
Quoſ hludouuicuſ perſecutuſ · ſtrageſ non paucaſ dabat ·
Plurimoſ etiam ex optimatib; karoli uiuoſ comprehendit ·
quoſ propter ſuam humanitatem ſeruari iuſſit incolumeſ ·
Karoluſ uero turpiter fugienſ relictiſ theſauriſ quoſ ſecum
habebat · cum pauciſ pene nuduſ euaſit · Hi autem qui cum
hludouuico erant reuerſi ad cȩſorum ſpolia detrahenda ·
quantaſ ibidem predaſ in auro & argento · & ueſtibuſ &
armiſ · & loriciſ & equiſ · uariaq; ſuppellectile tuliſſent ·
nulluſ ualet edicere · In hoc certamine contra karolũ
proculdubio celituſ dimicatum eſt · Nam ſicut captiui

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. 720.1, 2v – Annales Fuldenses
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-q6y0/1324/18053)